


1740.

1. Alberti, Michael: *De inspectionis corporum forensis in causis matrimoniis fallacibus et dubiis*
2. Baumgarten, Lysm. Lazarus: *De pisticie ministri ecclesiae ab auctoritate canite examinanda.*
3. Boetmerus, Georgius Ludovicus: *De necessario parentum consentio in nuptiis liberorum cum legitimorum cum legitimatorum.*
4. Boetmerus, Lazarus Henningius: *De praescriptione contra leges maxime perniciose.*
5. Boetmerus, Lazarus Henningius: *De varia iurium investigatione per expeditiorem cruce signatorum.*
- 6^{a, b}. = Lassar, Joannes Thales: *De differentiis iuriis Romanorum et Germanicorum in beneficio separacionis. 2 Scenae.*
7. Gasserus, Simon Petrus: *De lucro datus morto in pactis voluntatis concordem portionem statuerien non excludente.*



8. Hackman, Li. Grollius : De pecto solari' or by go 150.
9. Hinckius, Jo. Grollius : Rerum in libertatem absente 1,
Specimen, quo probatur eam nullo unquam statu imperio 15
Germanico fuisse subjectam.
10. Hinckius, Jo. Golle : Dissertatio iuridica, qua unio
Romana per propriae nuptiae donatiuum de alimentis
secunda tantum. . . patrino & . . . exanimi sicutus.
11. Fundatus, James ; Acad. Trider. prosector. . . senatus
que academicus : annua sacra Resu dominica lucem 18
esthi. . . in dicitur commentatio de mente
Sicula memoria Christiani antiquissimo conse-
crato.
12. Fundatus, James : H. gangli's generatio
13. Fundatus, James : Dissertatio iuridica, que
nuptias in mortuis ut cynosura serpentaria commen-

- ~~Exordio.~~ dentes et cavae quodam nonosolabili illustrantur
14. Funckius, Joannes : De rebus artis medicali praecipuis.
15. Funckius, Joannes : De affectibus dentium
16. Funckius, Joannes : Diss. ratio i' nang. medica, anti-
lens specimen pathologico. Therapeuticus in case
quodam terrificis motibus complicato.
17. Larius, Hermannus Funckius : De legibus ac paluis
conventuum natus in genere
18. ^{Ac} Duderig, Ioseph. Petrus : Differentias juris Romani
et Germanici in usariis praecipue ultra alterum
tantum . . . respondet. 3 Tompl. 1740 - 1748.
19. Richter, Daniel : Doctrina de syllagiosis ordinario
integritati et perspicuitati tractata
20. Romann, And. Elies : De rebus mancipi et
non mancipi . . . 1^{is} partatio



23.

DISSE^RTAT^O M^OR^AL^IS
DE
PIETATE MINISTRI ECCLESIAE
AB
AVDITORE CAVTE EXAMINANDA.

QVAM
SVB PRAESIDIO
VIRI SVMME REVERENDI EXCELLENTISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI
SIGISM. IACOBI BAVMGARTEN
S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORDIN.
NEC NON
ORD. THEOL. H. T. DECANI SPECTATISSIMI
PATRONI AC PRAECEPTORIS DEVOTISSIMA PIETATE
AETERNVM PROSEQVENDI
D. SEPTEMB. A. C. MDCCXL.
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI VENTILANDAM
SISTIT
AVCTOR DEFENSVRVS
GEORG. FRIDER. GERLING
IVENA-POMERANVS. S. S. THEOL. CVLT.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS IOAN. CHRIST, GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.

PIETATE VIRTUTE ET POC. EQUITATI
ADIDICIT CVLLE ZEUS/DEMOS

ALTI DUMME RHEA
ATA DEDICAT

SICIS. IACOB. SAVMAGSTEN

GEORG. FRIEDER. OHRNING



PRO OLEMIVM.

Grauioribus iisque occultioribus Dei poenis, quibus verbi diuini in primis contemtum, in supremum eius auctorem omnino iniurium, acerbissime vindicare conseruit; depravata et in deterius ruens doctorum conditio, haud immerito sine dubio, erit accensenda. Huiusmodi enim ecclesiae doctores, si Deus iustissime immittit, qui aut peruersis ac noxiis dogmatibus coetum Christianum misere dilacerant, aut, qui id, quod recte forsitan docent, effreni peccandi licentia, moribusque Christiano, multo magis Dei ministro indignissimis, destruunt atque evertunt; ea ex re, non potest non ecclesiae facies exsurgere nunquam satis deploranda. Si summus e contrario ciuitatis suae rector ac moderator fideles in vineam suam mittit operarios, eiusmodi constitueis doctores, qui intemerata et doctrinae et vitae integritate verae salutis viam coetu suo pandere fatigentes, omni ex parte de eodem praecellere merentur; id pariter benignissimi Numinis immensa gratiae acceptum est referendum. Quantum enim in iisdem sit praesidii, quantaque ex grauissimo eorundem ministerio in totam ecclesiam redundant emolumenta; tot ciuitatis sacrae, quantaqua est, incrementa demonstrant; quot eiusdem vivacissitudines saepiusque interpolata felicitas, ingens discrimen ac anteps animarum periculum, auditoribus, si doctores officio desint, subeundum, satis larga exemplorum serie nobis depingunt ac oculos ponunt; ita ut ea de re prorsus nos non finiant dubitare. Dum enim viri probitate vitaeque sanctimonia conspicui huic sacro officio

A

officio

2 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

officio admonebantur; in dirissimis afflictionum procellis ecclesia magis magisque efflorescere coepit; ita ut tot externis malis vndique exagitata interna tamen tranquillitate nihil fecius frueretur. Doctoribus vero, labascente seculo, torpescientibus, et auditores languescere coeperunt. Quod si ex his omnibus non satis constaret, ex ipsa tamen ministerii ecclesiastici, ad ecclesiam relati, ratione, ut nos quidem arbitramur, posset comprobari. Coaceruatis verumtamen testimonii, ac quae facili negotio forsitan possent, argumentis, huius rei fidem facere merito supersedemus, satis persuasi, nos, hac in re, repugnantem habituros facile neminem. Fuerunt fane, nec hodie eorum propago penitus exspirauit, qui instruendo prorsus ausu, et necessitatem et utilitatem ministerii ecclesiastici, negare, tollere ac euertere non sine ingenti in ecclesia strepitu animaliumque perturbatione conati sunt. Ficulnea vero corundem argumenta, quibus sententiam impiam atque a nouaturiendi studio haud alienam, corroborare eique colorem inducere imperitisque factum facere tentauere, a viris doctis, si quid iudicamus, dudum sunt confutata. *) Quicquid eius rei sit, ut impraesentiarum cum iis, bonam causam defensuri, in arenam descendamus instituti ratio haud permitret; praesertim cum non sit dubium, nos homines melioris frugis, regnique Christi propagationem serio exoptantes, hac in re habere consentientes. Conuicti potius de gratuitate ac insigni ministerii ecclesiastici utilitate; auditores ipsos saepe numero, suamet culpa eiusdem facere iacturam, eo vehementius dolemus. Quod quidem multiplici ratione fieri solet, in quibus tamen inconsultus doctorem suum inuestigandi pruritus, locum occupat haud postremum. De ipsa praesertim doctoris sui pietate solliciti, magno saepius nisi nihil aliud moliuntur, quam ut fibimet ipsi grauissima pietatis impedimenta obliquant et obuertant. Taceamus iam, non deesse maleficiatorum turbam, qui prava obtreclandi lubidine incensi, actiones ministri ecclesiae studiosissime rimantur, ut eorum famam non solum

Theodo-

*) Conf. Ven. Praefidis Praeceptoris pie colendi Moral. §. 196. eiusque nota: nec non sub Praef. Celeb. D. Ioan. Fechtii habita differt. de Necessitate ministerii ecclesiastici.

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

Theonino dente rodendi, sed et ipsum ministerium conitius proficisciendi, opportunam nanciscantur occasionem. Plurimi quoque nobilioris indolis, incauta huius rei, animo licet non malo, suscepta indagatione, innumeris irretiti difficultatibus, de sua salute grauiter periclitatur. Facile, vt opinamur, rem ad animi trutinam examinanti apparebit, magna in ea re opus esse cautione, ne auditores suae salutis curam habituri, migrato legitimo ordine causae suae malae consulant, ac id quod iis salutare esse debebat, evadat perniciosum. Paullo curatus igitur limites in hoc negotio ab iisdem obseruandos constituere, ac quomodo auditores, in pietatis sui ministri indagatione, caute versari debeat, dextre explicare, opera erit prestatum. Et hoc quidem grauissimo in negotio virium periculum facere constituumus, acturi: *de pietate ministri ecclesiae ab auditore corte examinanda*. Elegimus thema, accuratissima disquisitione si ne dubio dignissimum, vitam! nobis non nimis arduum. Utilissima sane erit distincta et bene exasciata huius rei per trajectio, vitam! vero humeri huic oneri ferendo modo pares essent, et vitam! nostras vires sat tenues non longissime exsuperaret. Si igitur B. L. in his plagulis exspectatione sua digne non inuenierit, ipsius benevolentiam imploramus, vt virium tenuitati condonet, si id non semper adfecuti fuerimus, quod certe fuit semper propositum. Licet etiam haec omnibus, quod vix optare sufficeremus, non satisfacerent; si aliquali saltim ratione haec conamina nostra, proferendis regni Dei pomoerii inseruire queant, non erit cur nos suscepti laboris ac infundi temporis, in loco, quo viuimus, pretiosissimi, vnquam poeniteat,

TRACTATIO.

§. I.

Omnia vero vt ex voto succedant, de quonam doctorum generere nobis in sequentibus sermo erit, paulo distinctius indicabimus; hic formatam notionem deinceps in delineandis eorum requisitis, ceu cynosuram sequuturi. *Ministri ecclesiae nominamus*; viros publice constitutos, ad aliorum salutem per praedicatio-

4 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

dicationem verbi diuini procurandam: obligatio ad has actiones, ad quas constituti sunt, *munus eorum* et per consequens munus erit ecclasticum; illi autem, ad quorum salutem proprius procurandam, constituti sunt, *auditorum* nomine nobis veniunt.

*) Cum doctoribus ecclasticis tantum res erit, omnesque in sequenti tractatione forsan occurrentes locutiones, in hoc negotio nobis synonymous, eodem quoque significatu adhibebimus.

§. II.

Orthodox.
quid: Minif.
eccles. sit
1) orthodo-
xus.

Qui doctrinae Christianae nullos notabiles immiscet errores est *Orthodoxus*. Doctor ecclesiae constitutus est, vt verbum diuinum praedicet (§. 1.) eodemque auditores ad salutis ordinem ingredientur, commoueat. Nihil ergo ei aut prius aut antiquius erit, quam omnia dogmata auditoribus proponenda, ad hanc dexterimam et credendi et viuendi normam (per Theol.) examinare. Nihil quoque vñquam potest docere aut defendere, quod sacris litteris bellum indicit cum iisque confistere nequit. Omnia vero ex sacris litteris legitime de promta, aut cum iis consentientia, cum sint verissima (per Dogm. Theol.), minister ecclesiae, qui officii partes ita vt aequum est (§. 1.) sustinet, non potest non esse orthodoxus ac vera docere. Qui falsa docet omnem muneris sui finem (§. 1.) euertit. Quomodo enim ille reiecit mediis a Deo constitutis fine potiri potest? Ierem, VIII, 9. Scripturae sacrae enim quae aduersantur sunt falsissima, ergo neque ad hominum salutem tendunt, haud adulterata verbi diuini annunciatione, ac incorrupta sacramentorum administratione, ordinarie vnice obtinendam.

Tantum igitur abest, vt in iis, quae fidei fundamentum constituant errans, (quod semper intelligendum monemus, cum de erroribus, vt dicunt, infinite paruis, plane non loquamur,) ac errores, quos fouet spargere ac disseminare discipulat; officii sibi demandati finem obtineat, vt alios corrigat, ad rectum tramitem reducat, eorumque salutis curam agat (§. 1.); quin potius contraria effectu in totum suae fidei concreditum gregem faciatur, eum in deuia ac periculorum plena abducat, conturbet, conturbatum nisi mature sibi prospexerit in aeternam coniiciat perniciem. Funeris igitur damnum ac auditoribus ab eiusmodi furfuris doctoribus impendens, aeternae salutis i-

sturam

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

Eturam faciendi periculum, sufficienter, ut opinamur, efficit; hoc
doctorum requisitum, ab iis plane non esse sciungendum, sed artissi-
mo potius nexus cum eorundem officio cohaerere.

§. III.

Id ipsum evidenter Script. sacrae oracula confirmare, ne-
mo inficiatur. Quos sum enim quaeſo tendunt, eiusdem clata? *Prob. scripta.
testim.*

quoties tam in Pentateuco, Deuter. XIII, 1 seqq. quam ab ipso ſalua-
tore, ecclesiae ſuae capite, a falso prophetis licet ouina pelle veſti-
tis, Matth. VII, 15 seq. ſollicite nobis cauere iubemur? quoties Chri-
ſtus diſcipulos ſuos fermentum Pharisaeorum et Sadduceorum fu-
gere docet? Marc. VIII, 15. quoties Deus falso prophetis grauiſſi-
mas poenas minatur? Ezech. XIII, 1. seq. Ierem. XXIII, 11 seq. XXIX,
21. XIV, 14. quoties Paulus, quoties Petrus ſeduſiōinem ac exilio-
ſum dāminū ecclesiae a pseudapostolis inferendum luget? 2 Theſſ.
II, 2 seq. 2 Tim. IV, 3. 4. 2 Petr. II. quoties eorundem ſtrategemata
euitare ac eludere, falsa atque impia dogmata, cane atque angue pe-
ius detestari, multis ac prolixis uerbis ciues Christi cohortatur?
Hebri XIII, 9. Gal. I, 7-9.

§. IV.

Omni igitur ex parte eiusmodi farinae homo ecclesiae eſt *Non orthod.*
noxius (§. 2. 3.). Nihil propterea obſtat, quo minus affirmemus, *non eſt min-*
hominem huius tam necessarii characteris (§. 2.) deſectu laborantem,
nunquam doctoris prouinciam poſſe tueri, sed ab eadem potius ar-
cendum, neque vñquam ſacro ministri Dei nomine eſte cohonestan-
dum.

Omnem praeterea ſalutis ordinem in maxime fundamentalibus errans
euertere ac plane aliam, ſi hunc ſibi conſtitutum finem eſte faretur,
ſe cum Deo vniendi viam ſibi fingere ac comminſci cum necesse ha-
beat; quanto quoque extero pietatis ſplendore coruſcer, vere tamen
pii venerabile ac amabile nomen ei nequitam compere, ſed omni-
no ei deſegandum eſte, res ipſa loquitur. Omnia proinde commo-
da auditori a doctoris pietate, vt deinceps videbimus, expectanda in
hoc caſu corrunt, ita vt ne hoc quidem ex capite ecclesiae prodeſſe
queat.

A 3

§. V.

6 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE A

Pietas et Pia
quid?

§. V. **Pietas** est habitus actiones suas ad voluntatem Dei compone-
nendi. Duplici vero ratione ea, quae Deus a nobis exigit peragi-
que voluit, nobis innotescunt. Una ex parte in quibusdam rationis
lumen nobis praefert faciem, quaeque sint agenda, quae vero omit-
tenda docet. Altera ex parte proprior Dei reuelatio, agendorum
nobis exhibet normam multo plenioram, et ad captum etiam radio-
rum longe accommodatissimam. Qui voluntati diuinae reuelatione,
sensu strictiori, morem gerit, eum *pium* vocabimus.

Cum proprior Dei reuelatio veritates rationi perspectas non tollat, sed
eadem potius confirmet et naturalem cognitionem perficiat,
pius voluntatem Dei etiam naturaliter cognitam exsequitur.
Licer pietas naturalis voluntatem Dei naturaliter cognitam tantum se-
quens non inuoluat; quaestio tamen est historica an talis pius
vnquam extiterit, neque de eiusmodi pio nobis sermo est.

O. Pius est
regenitus.

§. VI. Omnes hominis facultates labi naturali corruptas, insignem
liberi arbitrii in spiritualibus defectum inuexisse, tam Script. S.,
quam quotidiana loquitur experientia. Neque minus eam ob ratio-
nem hominem sibi reliatum, ad spiritualiter bona edenda viribus de-
flitatum, totali indigere mentis immutacione atque supernaturaler
collata diuina gratia, ad actiones voluntati diuinae congruas perpa-
trandas, clarissime elucefecit; quare ex alto petita demonstratione
non eger, sed ex Theol. Dogm. tanquam certissima supponenda vi-
dentur. Omnis idcirco pius est regenitus. (§. 5.)

*Qui non recte
credit, non
recte viuit,
non V. V.*

§. VII. **Pii** est, voluntatem Dei tanquam vitae et agendorum nor-
mam agnoscer (§. 5.); qui igitur pietatis speciem prae se fert, ne-
que eo secius circa hanc legem vniuersalem in errores rapitur fallas-
que ponit maiores, necessario, cum iisdem conuenienter viuere con-
tendat, in praxi a via defecit. Ea in doctrina errans, nunquam re-
cte viuit. *) Vera cognitione non semper est viua (per Psychol.), ve-
ra igitur diuinorum cognitione, non statim cum praxi coniungitur le-
gitima.

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

gitima. Liquet igitur sat luculenter, quod non omnis orthodoxus
(\\$. 2.) necessario sit pius (§. 5.).

*) Conf. Vener. Fechtii diss. de thesi, nunquam recte visitur si non
recte creditur.

§. VIII.

Quae a sensibilibus praeferrim internis et experientia pro-
pria, lucem foenerantur, clariora sunt nobis illis, quae imaginantur,
aut quae ab aliis relata atque enarrata nouimus (per Psychol.). Quo
clarius quid percipimus; quo distinctius ipsa experientia edocti intel-
ligimus, eo curatus alis tradere valemus. Verbi diuini praeco au-
ditorum salutem non sine mentis immutatione obtinendam, perver-
bi diuini praedicationem promouer (§. 1.). Ipse igitur salutares has
operationes expertus, ad ea, quae auditorum salutem attinent,
praesertim in doctrinis maxime practicis, propinanda, erit aptior,
qui cum sit pious (§. 5. 6.) eiusmodi ecclesiastes insigni gaudet praero-
gativa, maiorique cum commodo ecclesiae inferire potest, quam
alius licet vera docens (§. 2.) a pietate vero saluberrimaque Spiritus
sancti institutione alienior (§. 7.).

*) Si quis parabolis, quae hanc rem egregie illustrare credimus, de-
leetur, ille sibi concepiat hominem, ob saepius ingressum iter,
viae cuiusdam locorumque peritum, aut, qui urbis in qua
diutius degit aedificia ac plateas accuratius nouit; et alterum
nunquam ea via profectum, ac qui urbem illam, nunquam sibi
visum profiteretur, accuratissimam vero horum locorum, via-
rum et urbis sciagraphiam possidet. Reputet secum, quo iti-
neris duce ut velit, aut, quo potius praeeunte urbem illam
invisere eaque quae admiratione digna lustrare caeteris paribus,
malit? Eliget sine dubio priorem, eumque ad hoc negotium,
magis idoneum censem, ipsaque re, periculo facto, depre-
hendet. Quae in spho positis rite applicata, maiorem lucem
affundere queunt.

§. IX.

Omni fide, omni industria ac sollertia suscepturn officium 2) quoad ma-
tibire, est actio voluntati diuinae conformis (per Theol. Mor.) Pius ioren in do-
ergo (§. 5.) plura sentiet motiva pluresque stimulos ad officii par- cendo ardo-
res

8 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

tes strenue exequendas, quam homo *ψυχής* emendationis diuinæ adhuc indigus. Maiori igitur ardore ardentiorique studio minister ecclesiae pius, officio suo (§. 1.) satisfacturus, auditorum salutem sibi commendatam habebit, nihilque vñquam inexpertum omittet, quae ad eorum commodum facere existimauerit, praesertim cum Dei et auditorum amor, pio necessarius, (Theol. Mor.) salutis auditorum desiderium exciter.

§. X.

Qui aliorum causa exemplaris est, aut cui alii simile quid intendere debent, ille alius *præcit exemplum*. Minister ecclesiae pius (§. 5.) actiones suas ad normam voluntatis diuinæ examinat, cique quantum fieri potest, eas attemperare satagit. Neque minus probe gnarus, quanta sit exemplorum vis, quantumque faciant ad animos hominum flectendos; amore tam erga Deum quam auditores motus flagrantissimo, (§. 9.) ac laudabili eos saluandi studio incensus, omnia ea, quae auditores in pietatis studio morari queunt, sollicite eaquebit, omnibus viribus intentus, ut quauis potius re, quam vitae sanctimonia, a quoquam supereretur. Egregium igitur iis præcit exemplum, ad suaque vestigia strenue premenda ingens addit incitamentum. Cum proinde ita docet, ut viuit, et ita uiuit, ut docet (§. 2.5.) doctrinaque cum praxi egregie conspiret, non possunt non in coetum suum, fructus diuulgari longe vberrimi.

§. XI.

Affiduis tandem precibus salutis suae cupidus, opus esse, seruus Dei pius (§. 5.) intelligit ex ipsa Christianismi praxi, cuius anima ac vita continua cum Deo conuersatio. Pro aliis quoque Deo preces allegare, tanquam actionem bonam ac a Deo mandatam cum nouerit; ductus et Dei et auditorum (§. 1.) amore, non potest, quin pro iis preces fundat ardentissimas. Pii preces ad aliorum emendationem a Deo impetrandum, fufae, Deo placent, magnamque utilitate habent efficaciam Iac. V. 16.; auditoribus proinde pii pastoris precationes, non mediocrem gignunt utilitatem.

§. XII.

3) *quoad do-*
nnum exem-
plum.

4) *quoad de-*
precationes.

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

§. XII.

Perpendenti ac haec omnia curatus secum reputanti, nihil Minif. ec.
dabitur addubitationis, quin hanc omnium virtutum principem, re-
liquarumque matrem, quam sub pietatis nomine veneramur, foecun-
dissimam, vti vnicuique qui se Christi ciuem fatetur necessariam,
sicuti quoque ciuitatis sacrae doctori, muneris habito respectu, iu-
dicet utrilibet.

*clef. sit
11) Pius.*

Longissime igitur abest, vt cum illis faciamus, qui sanctissimam hanc
virtutem alto supercilio contemnunt, aut vt afferamus, docto-
rem impium a pio caeteris paribus, in illis, quea ad officium
pertinent, nulla vnguam resuperari. Nos potius insignem ei
tribuentis eminentiam, de meliori pietatem omnibus com-
mendamus, satis conuicti seruos domini sui voluntatem per-
spicientes sed immorigeros, ingentem sibi contrahere reatum,
et gemitis olim flagellis a iustissimo iudice esse puniendos.
Vt inam! tantus modo adflet vere piorum numerus, quantum
omnes boni optant, ac si illi omnes, qui externa specie splen-
denter, haud fucatam colerent pietatem, nostrum seculum o-
mnium praedicaremus felicissimum.

Pieras, doctori, qua Christiano est necessaria, ne vero quis nobis
succenseat, quod eam respectu muneris necessariam dicere no-
uerimus. Si enim doctori, nostro sensu, esset necessaria mi-
nister ecclesiae ea defititus, proulus non esset Dei minister, et
munus iregeniti inefficas redderetur, id quod falsissimum. Si
vero vox necessarii alio sensu sumatur, vt summa indicet vi-
litudinem et obligationem, nos non refragabimur, licet vhus lo-
quendi tamen pro nobis militaret.

§. XIII.

Ad verisimilam et ardentissimam diuinorum cognitionem Auditorum
quaerendam, vniuersalissima obligatione, principia ethica omnes con-
stringunt. Quanti auditorum interst, quibusnam vtantur doctori-
bus (ex §. 2, 3, 5 - 11.) constat, cum ea in re ipsorum salutem maxima
ex parte verti intellexerimus. Iustissima igitur consequentia inferre
iam licet: Auditoribus non perinde est, vtrum illi quorum anima-
rum cura incumbit, hucusque enarratis doctorum requisitis sint or-
nati, an illis consequendis, nullam nauauerint operam.

*interest qua-
lis sit Min.
eccel.*

§. XIV.

DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

§. XIV.

*Inuestigare
quid?
et quomodo
sit inuestig.*

Curare ut aliquius rei statum cognoscamus, est eam inuestigare. Non omnia promiscue nobis sunt inuestiganda (per Ethic.), sed potius dijudicandum, in qua et qualia mentis aciem conferamus. Sunt nobis utilia, quorum cognitione et inuestigatio tamen dannosæ. Sunt nobis inutilia, immo nocivæ, quorum cognitione utilis immo faepenumero necessaria. Utilitas ergo seu inutilitas rei ipsius, ad nos relata, quatenus tantum spectatur, non constitutere potest criterium cognoscendorum; sed accedat et hoc, ut eorum cognitione et inuestigatio nobis vñsum præbeat.

§. XV.

Continuatur.

Res eiusque cognitione nobis in se sat utilis, potest esse impedimentum, quo minus longe utiliorem rei cuiusdam cognitionem acquirere queamus (per exper.). Bonum impedimentum maior boni, est malum (Phil. pract.), quia plus imperfectionis, quam perfectionis ponit. Omittenda sunt mala et auersanda (Phil. pract.). Ergo in hoc casu, cura eiusmodi quid cognoscendi tanquam noxia est fugienda.

§. XVI.

*Periculum
quid?
quod atten-
dend. in in-
uestig.*

Periculum est occasio mali. Quicquid nobis bonum est, sed periculum ingens secum coniunctum habet, ut in calculo plus imperfectionis, quam perfectionis ponat, est vitandum (per Phil. pract.). Ergo et cognitione rei ita comparata. Necessaria cum sint utilibus anteponenda (Phil. pract.), et cognitione nobis necessaria tantum vtili est antevertenda.

§. XVII.

*Examen alte-
rius quid?*

Cura de alterius statu cognoscendo est *exploratio ipsius*, seu quod idem est, *ipsius inuestigatio et examen*.

§. XVIII.

*Status mora-
lis, Anthro-
pognos, mora-
lis, quid?
baec est licita.*

Status hominis multiplici ratione consideratur: nobis *status ipsius moralis*, seu qui a libertate ipsius proprius dependet, maxime in censum veniet. Ars moralem aliorum hominum statum cognoscendi

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

gnoscendi, est *Anthropognosia moralis*; huic quantum possibile est (sensu ethico) operam dare iubemur (per Ethic.). Cognitionem alterius status moralis, aut nobis utiliorem, aut alteri nostrum studium magis adprobandi ansam subministrantem, tanquam foecundiorum minus vili praeserue nobis incumbit (per Ethic.); nostrum ergo potius erit, ut alterius perfectiones morales interdum inuestigemus, quam ut illa cura in se considerata, tanquam illicita sit reuicienda.

§. XIX.

Functurus munere ecclesiastico (§. 1.) publice ac sollemini *Min. eccl.* ratione est confirmandus (§. 1.); quod tum Theol. Dogm. praecepit, *est publice* tum etiam ex legibus societatis et iure sociali insigne nanciscitur *confirmandus*. fulcrum, ex eoq[ue] optimo iure potest deduci.

Constitutio Ministri eccl[esi] ordinarii, absolvitur et *vocatione*, seu sollemn[i] muneri oblatione, et *ordinatione*, seu sollemini ipsius collatione,

Ex Theol. Dogm. assumere iam licet, ius constitueri doctores, penes ecclesiam esse, quod et ius sociale confirmat. Magistratus civilis eo iure vitetur, partim quatenus supremum inter homines imperium in omnes societates iure suo exercet, membra que ecclesiae regni ciues constituirunt; partim quatenus, in quibusdam locis peculiari, quod iam antiquitus in ecclesia inuauit, iure patronatus gaudet. Quia in re tamen probe obferuandum, reliqua ecclesiae membrorum etiam plebem, nunquam penitus esse excludendam, sed illis saltim ius relinquendum, vocandum doctorem legitimis adductis rationibus reificiendi, quia et haec ademta facultas perfecta laesio foret, ecclesiaeque perniciosum inde enascoeretur damnum. Non igitur sua laude est defraudandum optimum illud antiquiorum Christianorum institutum, quo cautum erat, ut semper eligendi clericorum nomen valuis publicis affigeretur, ut eo facilius vincicu[m] pateret aditus, omnia ea indicandi, quae ipsi eiusdem ordinationem impedit videbantur. Si tamen haec omnia fusius explicare, ac commonstrarre velimus, falcem in alienam mestrem forsan immitteremus. Sufficiat indicasse haec ex Theol. Dogm. et Mor. esse repetenda.

B 2

§. XX.

§. XX.

*Auditorum
est, ut consti-
tuendum do-
ctorum cognos-
catur.*

Auditorum maximi refert, ministro ecclesiae uti et orthodoxyo et pio (§. 13.) Dum adhuc ecclesiae doctor sit constituendus (§. 19.) magis eorum optioni relinquuntur, quem habituri sint, quam qualem habeant iam constitutum (per Schol. §. 19.) Auditores igitur ne sua salutis curam negligant (§. 13.), sed talem eligant, qui doctrinae puritate, (§. 2.) animique probitate (§. 5.) ecclesiae ac suo coetui praefertim inseruire queat; statum animi futuri doctoris, ut quantum fieri possit, cognoscant necesse est, cum hoc negotium omnino cognitionem supponat, qua de cognitione et deinde facta sollicita electione, fructus sibi polliceri queunt haud contempnendos (§. 2. 5. seq.)

§. XXI.

*1) quoad or-
thodoxia, quod utile ut cognoscatur, quomodo ipsius doctrina sit comparata (§. 2. 20.);
illis utilissi-
mum.*

Orthodoxia doctori est necessaria (§. 2. 4.), ac auditori perorthodoxia, quod utile ut cognoscatur, quomodo ipsius doctrina sit comparata (§. 2. 20.); accuratum igitur orthodoxiae examen, sine partium studio sed veritatis amore institutum, ipsis erit utilissimum; quod quidem illis eo facilius, quo magis ipsi sacrar. litterar. peritia instruti sunt; cum omnibus orthodoxiae examen eo redeat (per Dogm.).

§. XXII.

*2) quoad pie-
tatem quod
difficile, licet
non inutile.*

Longe vero maiori cautione opus est, si inuestigare ac certatem quod to cognoscere velint, an eligendus doctor non fucatam colat pietatem. (§. 5.) Tētra enim humanorum ingeniorum corruptio eo peruenit, ut plurimi simulationis et dissimulationis, cuius modo facultatem acquirere debuissent, habitu notabili polleant. Qua ex re accedit, ut lucri et commodorum cupidi, temporis inseruendum putent, bonasque mentes pietatis splendido colore saepenumero vaffirmi hypocritae, decipient. Experientia teste, impius longe facilis pietatis laruum induere potest, crebrisque accidit, ut internam impietatem dissimulet, quam ut reuera pius, se impium simulet, externamque affester impietatem, praesertim quoad habitum, quod omnino fieri nequit (§. 5.). Nos id ex iis tantum efficere volumus; maiori certitudine saepius negatiue concludi: Hic non est pius,

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

pius, quam affirmari: hic est vere pious. *) Inuestigantes proinde futurum doctorem, illam indagationem ob has difficultates non inutilem existiment, cum egregium commodum ex (§. 20.) colligi posse. Si enim eum impium inuenerint, aut iure tantum coniciant, meliorem et digniorem scrutandi facultas illis adhuc est reliqua.

*) Scilicet, quia certum est impieratis criterium, si quis habitualiter nefariis actionibus se contaminat, non item pietatis, si actiones pietatis specie fulgent, cum tamen possit esse hypocrita. Extra hunc casum aequa difficulter determinatur, vtrum quis sit impius, an pious; ac tum ob vniuersalem Philanthropian, nemmo facile alterum impium iudicer, *Luc. VI, 37. 1 Cor. IV, 5.*

§. XXIII.

Quae circa examen (§. 17.) in constituendis doctoribus, quo- Errare quid est ad doctrinæ et animi diiudicationem obseruanda veniunt, breuiter Ministr. ecclæsi. expoſuimus. Persequamur nunc reliqua. Hominis vires admodum potest errare angustis limitibus circumscriptæ sunt; plura confuse tantum, plurima obscure cognoscit (per Psychol.); maxima in iudiciis vicissitudine ergo examen continuatum obseruatur, saepenumero ergo in representatione sua, verum cum ita iam confitetur doctore falso confundit i. e. errat, et quod potissimum obseruandum, quo est utile, maior est facultatem hominis lapsum infœcta corruptio, eo maiori periculo errandi homo obnoxius, reperitur. Minister ecclesiae hanc ob rem, tam in doctrina, quam vita in se hoc admittere potest, ita vt auditores nunquam facis certi esse possint, doctorem in eo animi statu quallem examinantes (§. 21, 22.) detexerunt, semper persequeraturum.

§. XXIV.

Necessarium esse doctori vt vera doceat (§. 2. 3.) euicimus; Semper que- potest in errores incidere, falsasque in diuinis opinione spargere ad orbo- (§. 23.); illud est coetu suo nocuum (§. 2. 3.), cum nec munera rati- doxias. ones explorare possit (§. 1.); quare auditoribus debet esse exploratum; an iam constitutus docto (§. 19.) vera aut falsa auditoribus propinet, (§. 21.)

B 3

§. XXV.

14 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

*Transitus ad
cautelas circa
pietatem.*

Peruenimus iam ad palmarium, in quo nobis maxime de-
sudandum, argumentum, perscrutatur; quaenam sint auditorum in
vita animoque doctoris constituti (§. 19.) dijudicando (§. 17.) partes.
Ingenuo doctoris pietatem, auditoribus esse perutilem commonstrat
(§. 8-11.), sed hoc non sufficit ad eiusdem indagationem suscipien-
dam (§. 14.15.), sed plura requirebantur. Videamus igitur quomo-
do hoc negotium a nobis expediri queat.

§. XXVI.

Scandalum, Actio alterius pietatem impediens, est *scandalum*; in quo est
scandalosus, habitus eiusmodi actiones committendi, est *scandalosus*; non *scanda-*
externe honestus *scandalosus* est *externe honestus*, *quid?*

Sumimus scandalum sensu strictiori, cum alii sumant pro quo quis pie-
tatis impedimento, sensu latiori. Conf. Excell. Baumgarten:
Praeceptoris iucundissimae recordationis Ethic. Philol. §. 108.

§. XXVII.

*Pius in scan-
dalum, non
scandalosus in-
cidere potest.* Nemo vñquam mortalium in hac vita eum obtinet perse-
ptionis gradum, vt nulla vñquam in re a recto discedat (per exper-
et Dogm.) Ergo neque reuerus pius (§. 5.) ab ea re est immunis sed
peccare potest, aliorumque pietatem impidiere, et ita in scandala in-
cidere potest (§. 26.), nunquam vero, qua talis, in scandalositatem
(§. 26. 5.).

§. XXVIII.

*Examen pie-
tat. minist.
eccles. reddit
ad casum ubi
honeste vivit.* Doctor ecclesiae constitutus, aut est scandalosus, aut ex-
terne honestus (§. 26.) In priori casu nulla opus est inuestigatione
(§. 17.), cum constet esse impium (§. 27.). Quae nota ac perspecta
enim sunt, nemo inuestigabit. Sin posterius, potest adhuc esse pius
et impius (§. 22.) et licet non sit nequissimus hypocrita, i. e. pietate
tem simulans, potest forsitan esse ciuiliter bonus, seu officia societas
obseruans; cuius vitae ratio moresque externi, nemini facile offendiculum praebent. Si igitur datur inuestigatio, quoad pietatem do-
ctoris, in hoc desiderabitur casu, ubi ex externis moribus non sta-
tim appetat, vtrum piorum an impiorum numero sit accensendum.

Quae

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

15

Quae ab auditoribus requirantur in eo casu, vbi minister ecclesiae turpisimis scandalis sanctum suum officium committaculare non dubitat, prolixitatem evitaturi mittimus, cum ea curatus attingere ac persequi proprie nostri instituti non sit, sicuti inspectio tituli, vnumquemque docebit.

§. XXIX.

Minister ecclesiae externe honeste viens (§. 26.) potest esse *Difficile* aut pius aut regenitus, aut hypocrita, aut ciuiliter bonus (§. 28.) *quid? examen pietatis est difficile*. *Difficile* est, quod maiores requirunt vires ad efficiendum. Distinguere ea, quae quidem sunt diversa, sed admodum notabili similitudinis gradu inter se conueniant, maximas certe acuminis requirit vires (per Psychol.). Negari non poterit, inter pii nomen artificissime mentientes, aut ciuiliter bonum, ac vere pius, magnam adesse similitudinem, ingentemque obseruari morum conuenientiam, praesertim a nobis, qui cordium, quae mirificum indicant discrimen, scrutatores non sumus. Insignes igitur inuestigantibus (§. 18.) se offerunt difficultates, et examen pietatis eiusdemodi hominum, ob defectum *της χαρίτων τῆς δοξικότητος* extraordinari euadit, quam difficillimum.

§. XXX.

Praesagium consequendorum per alterum bonorum, est si *Fiducia, difficultas erga aliquem*; eorundem vero non consequendorum, est *dentia erga quem, quid?*

§. XXXI.

Auditor (§. 1.) magna commoda a Doctore suo expectare *Auditoris est potest, (§. 1.) et si ipse eius ministerio rite utitur, tanquam bonum confidere suo futurum certum cognoscit, a doctore integrum verbum Dei propinante (§. 2.)*; cumque adhuc maiora a regenito et pio praefagire possit (§. 8-11.), ponat in doctorem suum fiduciam (§. 30.), in vera docentem magnam, cum per intemeratam verbi diuini praedicationem salutis viam aperiat (§. 1. 2.), in regenitum simul, ob insignem illius respectu auditorum praerogatiuam (§. 8-11.) longe maiorem.

§. XXXII.

16 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

ac eidem ob-
temperare et
sequi eund.

Quod in diffi-
dentiā diffi-
cile.

E. fiducia au-
ditori utilissi-
ma.

Quae per ex-
amen facile
imminuitur.

§. XXXII.

Voluntati diuinae plenissimam praefare obedientiam, ho-
mini est saluberrimum (per Theol. Moral.). Minister ecclesiae ver-
bum diuinum praedicans, auditori voluntatem Dei annunciat (per
Dogm., ac ita salutem ipsius promouere laborat (§. 1.). Ergo ut
Deo, et per confequens doctori suo morem gerat auditor, sui ipsius
salutis cura perfectionisque studium exigit, eique ut appareret, est uti-
llimum.

§. XXXIII.

Doctori suo dissidens, se insignes vtilitates per illum conse-
culturum dubitat (§. 30.) et quia eidem et facultatem et voluntatem
deesse, interdum arbitratur, alacritas viam ingrediendi et aquandi
media, quae his bonis obtinendis inferiunt debilitatur (per Psychol.),
et quo facilior est ex maiori dissidentia ad desperationem transitus
(Psychol.); eo facilius doctori obtemperare plane recular (§. 32.),
quod si doctori in iis, quae ex verbo Dei postulat obsequium denegat,
Dei est immorigerus (§. 32.), quod omnino fugiendum (§. 32.).

Partiale non totalem, et quidem significatu latino, intelligimus despe-
rationem.

§. XXXIV.

Quo maior erga aliquem est dissidentia, eo minor fiducia (§.
30.) ad dissidentiam erga doctorem a se prohibendam auditor obstric-
tus censetur, (§. 33. 32.) ac ad oppositum eius seu fiduciam obli-
gatur (§. 30. 31.); quae cum illum in salutis via aaciorem reddat (§.
33.), liquet quonam ex capite se ei ut vtilissima commendet.

§. XXXV.

Inuestigatur auditor mentem, talis doctoris, qualem de-
pinxit (§. 29.), aut semper suspensus manet, aut certitudinem sibi
inuenisse vifus, iudicat de animi statu: iudicium aut est erroneum
aut verum. Sin' prius vel impium pium reputat, et tum eum fere
felicem errore suo, (si ita loqui fas est) praedicaremus, quia maio-
rem in eo fiduciam (§. 30.) auditori proficitam (§. 33. 34.) collocat,
eamque ob causam magis obediens est, neque ei hoc erit periculo-
sum (§. 16.) quia supponimus doctorem semper vera docentem (§. 2.)
vel

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA.

17

vel pium reuera, impiis annumerat, et male eum diiudicans, grauisime eundem laedit, praecipitati iudicii accusandus (per Ethic.). Si vero iudicium de doctore latum veritati respondeat, vere pium, pium arbitrat, et orthodoxum et pium eundem iudicans, impellitur ad maiorem in eo fiduciam ac obsequium maius (§. 31. 32.) eaque in re examen utilitate non destituitur (§. 17.). Vere pari modo iudicans, impium pro tali habet, et tam fiduciam, quam obsequium eiusdem minuit (§. 30. 33.).

§. XXXVI.

Experientiam si in subsidium vocamus, eadem abunde com-
monstrat, auditorem, qui doctorem impium existimat, facile adduci, vt in illis rebus, quae Deus optimo iure postulat, eidem obsequi detrecter, ita vt in hac re perseverans, sibi ipse ad aeternam per-
niciem sternat viam. Ea enim solet mentis humanae conditio esse,
vt non tam quid suadeatur, sed quis suadeat quaerant, eiusque erga
se animum explicantur, neque minus modum ab ipso obseruatum;
et tum si reperiſſe sibi videntur, monentem adhuc ipsum illius nauui
argendum, vel admonitionem non ex amore esse profectam, vel
denique modestiam non fuisse comitem, aut alio debito modo non
profactam: tunc fatis sibi rationis esse autumant, quo minus obtem-
perent, exspectantes forsan doctorem, omnibus numeris absolutum,
qualem tamen inuenient omnino neminem. Quis enim est, sicut, vel
erit, in quo nihil vel iure sive iniuria desiderari queat?

§. XXXVII.

Auditor, doctorem suum esse irregenitum, vel iure vel in-
iuria sibi persuadens (§. 35.) fiduciam antea in eodem repositam debi-
liorem reddit (§. 30. 35.) ac grauiſſimum incurrit periculum, ne omnem periculofiffi-
abiliciens non obtemperent (§. 33. 36.), qua in re sibi ingens parat de-
trimentum (§. 33.). Patet igitur sine dubio inuestigationem pietatis
ministri ecclesiae auditori esse admodum periculosam (§. 16.).

§. XXXVIII.

Potest in irregenito vera diuinorum cognitio scientiaque Theo-
logica locum habere (§. 7.): *) **) potest verbum Dei pro-
ponere, auditorumque salutem prouehere (§. 1. 2.). Talis pro-
potest Min.
eccles. eff.
C
inde

18 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

Examen pietatis, inde irregenitus potest munus ecclesiasticum administrare (§. 1.). **L**e*gitimam doctoris cum Deo coniunctionem* indagans auditor, si experitur, aut expertus sibi videtur, doctorem eiusdem adhuc esse expertem, licet orthodoxum et orthodoxias amantem (§. 2.), neque minus a scandalostate immunem (§. 26.); nulla propterea ei datur ratio; cur sit munere excludendus (§. 1.) neque auditoris libertati est relictum, *** ut illum derelicturas, alium meliorem sibi visum sectetur, (per Theol. Moral.). Caret proinde inuestigatio ipsius insignia utilitate, quae in doctoris eligendi animum examinantem redundabat (§. 22.).

Egregie hanc rem confirmat dictum Salvatoris nostri Matth. XXIII, 2. 3. vbi populum ac discipulos docens, omnia ea, quas Pharisaei ipli facienda proponant, feruare iubet. Si Salvator noster, hanc sententiam fuisse, impium non habere verbum Dei, certe per suam bonitatem et sapientiam hoc praecepere non potuisse. Multo magis inde inferimus: cum Salvator noster haud obscurae indigneretur, impio doctori, ei etiam, qui multis erroribus iam implicatus est, (sicuti historia Christi de Pharisaeis testatur), in quibusdam nihilominus esse obtemperandum; multo magis irregenitus ab obseruabilioribus erroribus immunitus, verbum Dei docere potest, eique erit obediendum. Si quis obiciat eundem salvatorem nostrum adfirmasse, Matth. XV, 14. Pharisaeos esse coecos, item si coecus alteri viam monstrare velit, ambos in foueum praeceperit; Respondemus male supponi Christum eos in hoc loco coecitatis arguere, quia adhuc irregeniti essent, sed hoc fit ob errores a Christo in antecedentibus notatos. Eos enim omnino in doctrina alcunatos esse, colligitur etiam ex Matth. XVI, 12. vbi fermentum Pharisaeorum et Sadducaeorum de eorum doctrina explicatur.

Paulus Apostolus Phil. I, 18. laetatur per impios doctores Christum eiusque euangelium annunciarci. Optimo ergo iure exinde concludimus, impium cum fructu posse Christum praedicare, illiusque officium esse efficax. Si enim illud tantummodo gregi Christiano damnum inferret; Apostolus nullam certe laetitiae causam habuisset. Scimus quidem huius oraculi sensum, a quibusdam aliorum trahi, sed interpretationem, quam sequuti sumus textui magis congruerem arbitramur.

*******) Conf. Ven. Praef. Praeceptoris de me meritisimi Theol. Moral. §. 199. not. Loquimur de auditoribus, qui ad illius coetus, cuius membra censentur, doctorem agnoscendum, eiusque ministerio videntur, obligatione tenentur. In eo vero casu vbi in potestate et arbitrio auditoris positum est, quem potius doctorem audire eiusque

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA. 19

que disciplinae se mancipare velit, suastores ei potius erimus, ut regenitum irregenito etiam sibi ita visum, praeponar, quia et ipsa fulpicio de doctoris impietate incredibilem pietati remoram obicit; sedulo tamen monentes, ut a diiudicatione sensu malo abstineat. Matth. VII. 1.

§. XXXIX.

Licet sicut ex §. praeced. colligitur abunde constet, irregenitum posse vera docere, plurimi tamen inueniuntur, qui falsum prophetam, a malo propheta non discernentes, omnem ministerio irregenitum efficaciam admittunt, eumque ut carnalia, non verbum Dei docentem profus reiciunt. Facillime fieri potest ut auditor de pietate doctoris sui sollicitus huic errori adspicatur. Cui erroneae sententiae si subscriptibit, nullumque irregenitum verbum Dei docere existimet, non potest non, (et quidem optimo iure si prima propositio non veritate destitueretur) illum detestari ac fugere ac tandem in separatisimum nocium illud ecclesiae malum incidere. Qui igitur ante commemoratae sententiae patrocinatur, illi inuestigatio animi doctoris est noxia, et quo maius est periculum eo labendi, eo periculosior (§. 16.).

Bonum eum nominamus prophetam, qui vera docet et pie viuit; malum, vera docentem sed irregenitum: falsum, falsa docentem. His ob errorum in doctrinis necessario in praxi aberrat. Non omnis igitur irregenitus, nec omnis malus propheta est falsus propheta.

§. XL.

Cognitio sine qua finis non obtineri potest, est necessaria ad Cognitio audiendum. Finis hominis ex superioribus quidam, est sua felicitas et salus, E. et auditoris finem constituit. Illa proinde cognitio audiatori, qua tali est necessaria ad salutem, sine qua eius compos per doctorem fieri nequit.

§. XLI.

Verbi diuini efficacia non penderat ab ecclesiae ministro, (Dogm.): *Talis non est* impium illud posse praedicare sine errore in fundamentalibus iam in *cognitio pie-* tellleximus (§. 38.). Sacramentorum, si modo legitime secundum in *satis in do-* fitionem administrantur, ob solum illegitimum administrantis ani- *care,* m, efficacia non tollitur (per Dogm.). Per haec vero media homini salutis via panditur, iisque legitime usus vere eam consequitur

C 2

(per

20 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE

(per Dogm.) Auditori ergo non est ad salutem necessarium, ut animum doctoris sui exploratum habeat (§. 17.) nullaque tali necessitate ille adigitur ad eundem studiose inquirendum (§. 40.).

*Auditori in-
cumbit ex-
amen orthod-
doctoris con-
stituendi.*

*Neque minus
iam confi-
sus.*

*Pari modo in-
constituendo
examen pietas-
ris, quantum
fieri potest.*

Proposita (§. 1. 20. 21.) extra omnem dubitationis aleam ponunt, examen orthodoxiae (§. 1.) doctoris constituendi (§. 19. 20.) ab omnibus quidem ecclesiae membris; a quoque pro sua facultate praeferunt vero ab iis, quibus ius vocandi competit, quorumque potestate et potentia totum fere negotium conficitur, omni cura, omni industria esse instituendum (§. 14. 21.).

§. XLII.

Fieri potest et proh dolor! non raro fieri solet, ut auditores aut occasione, vt ante docuimus, doctorem examinandi desistuntur, aut vt ipsi suae salutis incurri, misere caecutiant, et cortici inherentes nobilissimum doctoris examen negligant. Quod si etiam ea in re, que debebant exsecuti essent, totum negotium non erit confectum (§. 23.), sed doctrinae indagatio auditoris sum strenue sequenti nunquam negligenda, sed quid doctor doceat, secundum sacr. litterar. normam quoad fieri potest nunquam non inuestigandum. Si illud in eligendis doctoribus neglexerint, eo magis huic rei opera danda.

§. XLIII.

Pietas doctoris auditoribus est utilissima (§. 13.) neque minus vt illius in constituendis doctoribus rationem habent, quamque inuestigare studeant magna commoda suadent, (§. 22. 23.). E. ad hoc omnino obstricti censentur (§. 14.). Cum vero certa pietatis cognitio sit difficillima (§. 22. 29.), siuepius τὸ ἐπέχειν erit eligendum. Quoties vero certo certius aut admodum verosimiliter concludi potest, futurum doctorem esse irregem, caueant eidem ecclesiae curam committant, summo saltim studio eo enitentes, ne quis eligatur de quo constet esse impium, quod accidit in scandoloso (§. 16. 17.); contraria enim ratione agentes maximum sibi contrahunt reatum (§. 13. 22.).

Dolendum est, in hoc casu saepius idem accidere solere quod (§. 43.) notauimus.

§. XLV.

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA. 21

§. XLV.

Laudabile doctoris exemplum, insignem auditori praefat vsum (*Et in consi-*
§. 10.), quam ob causam pia aliorum praeferit docentium exempla *tuto, ne fint-*
omni studio sunt imitanda (per Ethic.). Ad doctorum suorum ex-*coeci imitato-*
empla secunda S. S. identidem auditores adhorroratur, Phil. III, 17.
I Cor. XI, 1. A coeci aliorum imitatione sedulo nobis cauere iube-*res.*
mur (per Theol. Mor.). Auditores proinde vestigiis doctorum insi-
stere cupientes, ne sint stulti ac coeci imitatores, omnino obstricti
sunt, ut doctoris vitam sub examen renocent, quo dexterime, quid
sit imitandum, quid vitandum diiudicare possint.

§. XLVI.

Statum moralem aliorum inuestigare, officia erga nos quam *Quod ulterior*
alios saepe requirunt (§. 18.). Auditor saepe optimam in examine *probatur*,
spem suscipere potest, quod ipsis officia facilitat (§. 34. 35.). Si ve-*praesertim*
ro admodum probabile fiat, doctorem de mentis emendatione non fui-*quia attentio-*
se sollicitum, hanc percipit utilitatem, ut in exemplis imitandis cau-*men circa or-*
tior sit (§. 45.) et quia forsitan est periculum, ne doctor viam, quam *thod. promov-*
ipse non ingreditur dilatet, et angustam salutis portam amplioribus
limitibus includat, ac in fundamentalibus errer; incitatur auditor ad
maiores circa dogmata attentionem, quod quidem examen ei utilis-
sum (§. 21.). Liquet igitur, ut auditor de pietate doctoris non
plane incurius esse debeat, quo vero difficilior (§. 29.) et quo peri-
culosior (§. 37.) eiusdem indagatio eo maiori opus est cautione (§. 16.).

§. XLVII.

Auditor in perscrutando doctoris animo legitimate versaturus; *Cantela ge-*
caueat ne in maiore, neque in subsumptione sub legibus alucinetur *nerales.*
(per Ethic.) id quod multiplici ratione evenire potest, praincipue cum
saepe in ipsis potestate non sit, ut actionem in toto nexu, ad eius
moraltatem diiudicandam necessario, contempletur.

§. XLVIII.

Si in subsumptione etiam sua bene egerit ac deinde forsitan fa-*Continuit.*
ctum quoddam iure illegitimum iudicauerit, caueat ne statim con-
cludat doctorem esse irregenitum, quia male ista ratiocinatio proce-
dit (§. 27.)

C 3

§. XLIX.

§. XLIX.

Curiitas, in-
dagatio cu-
riosa et anxia
quid?

Stimulus plura iniūlia cognoscendi est *curiositas sensu malo-*
rum. Qui rem igitur plus quam vtile est inuestigat, incidit in *curiosam in-*
dagationem (§. 17.). Qui in examine decisionem cum magni periculi
repraesentatione necessarium existimat, anxie inquirit.

§. L.

Anxia pietat-
is doct. in-
dagar. est vi-
tanda.

Ob insignem in diiudicandis alius difficultatem (§. 29.) audi-
 tor, qui decisionem anxie anhelat, facillime potest errare, ac do-
 cetorem suum impium putare (§. 35.), quare facta, plurima sibi incom-
 moda contrahit, ac se insigni immittit periculo (§. 36. 37.). Ut vero
 de pietate doctoris sententiam certam ferat, ad salutem ipsius per do-
 cetorem procurandam minime est necessarium (§. 41.). Ergo cum anx-
 ia illa pietatis inuestigatio (§. 49.) non sit necessaria (§. 40. 41.), ad-
 modum difficilis (§. 29.), maiori vero cum periculo coniuncta (§. 35.
 37.), plane est omittenda (§. 16.).

§. LI.

Pietatis exa-
men illegitime
orthodoxiae
examini pre-
ponitur.

Auditori de sua salute sollicito est maxime moraliter necessa-
 rium, vt doctrinam doctoris sui semper sub examen vocare pro sua
 facultate non desistat (§. 21. 43.), vt certus sit an doctrina cum verbo
 Dei conueniat. Pietatis vero examen, quoad certam decisionem
 non est ad salutem necessarium (§. 40. 41.), neque moraliter illud ex-
 amen est tam necessarium quam orthodoxiae (§. 41. 12. 2.). Quoties
 igitur iam totus est in inquierenda docentis pietate, de orthodoxia
 (§. 2.) parum sollicitus, necessaria et magis vtilia, minus necessariis
 et minus utilibus postponens, peccat nec inquam legitime ipsius in-
 vestigatio procedit (§. 16. 15.).

§. LII.

Anxia et cur-
riosa intimi-
animi seru-
tatio est ille-
gitima.

Ex signis externis argumentamur ad interna animi, quae qui-
 dem signa cum sint amphibolica (§. 22. 27.) caurus sit auditor necesse
 est. Ob exemplum doctoris facta ipsius ad normam exigere debet (§.
 45.), quoties igitur illa nihil rationis continent, doctorem irregenitum
 iudicandi, ille tamen intimos animi recessus rimari conetur, rem non
 difficilem solum (§. 29.) sed impossibilem adgressus, ad curiosum de-
 habitur examen (§. 49.) omnino vitandum (§. 14.). Magnum pre-
 terea

AB AUDITORE CAVTE EXAMINANDA. 23

terea adest periculum ne eum impium existimet, et rem non viilem sed periculosa (§. 37.) tentans, rursus a recto tramite discedit (§. 14. 16.). Eo facilius hoc auditor vitabit, quo curatus magna incommoda pensitauerit, si ministrum ecclesiae irregenitum arbitratur (§. 37.). Si vero curiosum illud et anxium certamen omiserit, nullum se periculum subitum (§. 16.), si modo orthodoxiae examen (§. 24.) quod legitima pietatis scrutatio magis acuere debet (§. 46.), ita ut decet obseruauerit (§. 42. 43. 41.). Facile igitur est ad intelligendum anxium internum animi examen auditori esse illicitum.

§. LIII.

Exploratio sui ipsius, magis necessaria est, quam aliorum (per *Sui ipsius exploratio* Ethic.) : qui ergo hanc illi praeponit peccat (§. 16.). Quoties igitur *animi prae-* auditor in explorando doctore suo eo progreditur, ut sui plane im-*lata est illegi-* memor sit; illud examen est impedimentum boni maioris (per antecd.). *tatione,*
Ergo malum et ei inutile (§. 15.). Plus igitur doctoris animum, quam ei vtile erat inuestigans, curiosae reus est inuestigationis (§. 49.) quae fugienda (§. 15.), et hoc eo magis, quo frequentius cuenire soleat, ut auditores omni virium contentione doctorem scrutentur, an sit vere cum Deo coniunctus nec ne? an sit vere pius aut hypocrita? cum tamen nunquam seria quadam cogitatione has necessarias quaestiones suae conscientiae proposuerint, ac serio quid ipsi faciant? pensitauerint. Omnis illa cognitio, quae quandam suae domi peregrinum reddit est fugienda (per Ethic.), quod cum faciat in auditore curiosior doctoris inuestigatio, vtique debet exsulare.

§. LIV.

Omnis aliorum indagatio ex amore erga eosdem proficiscatur *Nec minus in-* (per Ethic.). Auditor omnes et leuissimas doctoris actiones sub exar*dagatio mala-* men vocans, eo quidem animo ut habeat, quod carpe et reprehendere queat, nullum amoris vestigium edat et male agit (per anteced.). *animo suscep-* pta.
Non solum vero grauissime doctorem sum interne et faepe etiam externe laedit, sed sibi ipsi doctorem male dijudicans, impedimentum periculosissimum in pietatis studio obuerit (§. 37.) et curiosus indagator (§. 49.) impingit contra (§. 15.).

§. LV.

Ob causas (§. 50.) allatas sicuti semper in aliorum sic praecipue *Ob difficulta-* in tem *fæcias*

24 DE PIETATE MINISTRI ECCLESIAE &c.


ab auditore
éποχη
erit decer-
nenda.


in doctorum diiudicatione ab auditore facienda, a praecipi iudicio abhorrendum, et ob maximum periculum auditori ipsi impendens (§. 37.) in omni casu vbi non satis rationis adest ad apodicticam conclusionem sine formidine oppositi eliciendam, auditor decernat éποχην i. e. de doctoris pietate nihil tanquam certum ponat neque tanquam certum tollat.

Non abs te nobis esse videtur, ea, quae a nobis hucusque de investigacione doctoris ab auditore proposita ac disputata sunt, simili quadam a relatione liberorum ad parentes defumto, vberius illustrare. Quemadmodum enim liberi, si parentes ipsorum numinis reverentem animum exserant, vere cum Deo coniuncti; ob maiorem ardorem in educatione, ac fidelissima ad pietatis studium adhortatione, quam suo exemplo egregie confirmant, et precibus quantum fieri potest promouent; admodum felices sint putandi: sic ob eadem commoda auditores piis doctoribus vtentes, felices praedicauimus et demonstratum iuimus. Sicuti vero infantes intellectus vnu iam praediti, eodem rite vi debent, ad discernendum etiam in parentibus, quid malum et bonum, et in quibusnam sint imitandi, neutquam vero ad illorum vitia scrupulose indaganda, neque ad animum, an sine regenit nec ne? scrupulose rimandum; sic eadem iisdem rationibus moti de auditoribus adfirmavimus et euictum dedimus. Si quis huic similitudini inhaerere canderet que fusius persequi velit princip. reductionis adhibito, quo maior inter relationem auditoris ad doctorem, et coniunctionem liberorum cum parentibus intercedit similitudo; eo maiori utilitate cum iis quae in §§. sunt posita comparans, his illa misericorde declarari sentiet, et fieri potest, vt rationibus rite subductis ex citius nobis adstipuletur. Attendatur etiam agro fiduciam in medico repositam, esse admodum proficuum.

§. LVI.

Exantlauius labore, quem sulcepimus pertractando argumentum, disquisitioni nostrae, a nobis destinatum. Titulo satisfactum putamus; propterea tractationi finem iam imponimus supplicesque supremum numen, grata mente pro viribus nobis benigne collatis veneramus, ex animo precantes, velut faerae ciuitatis princeps nostris quoque temporibus ipse sui gregis curam sulcipere vigilantissimam, velut mittere doctores, in quibus sit pia orthodoxya, et orthodoxa pietas, velut auditores dirigere vt suum primario statum explorantes, doctribus suis vtantur ad aeternam, ad quam prouehendam dati sunt fulgurum; velut regni sui fines in dies proferre, ita enim demum erit ecclesiæ status, qualis in hac terra potest esse florentissimus.





Halle Diss., 1740 A-H



56.

Farbkarte #13



23.
1740
2

DISSERTATIO MORALIS
DE
PIETATE MINISTRI ECCLESIAE
AB
AVDITORE CAVTE EXAMINANDA.

QVAM
SVB PRAESIDIO
VIRI SVMME REVERENDI EXCELLENTISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI
SIGISM. IACOBI BAVMGARTEN

S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORDIN.
NEC NON
ORD. THEOL. H. T. DECANI SPECTATISSIMI
PATRONI AC PRAECEPTORIS DEVOTISSIMA PIETATE
AETERNVM PROSEQVENDI

D. SEPTEMB. A. C. MDCCXL.
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI VENTILANDAM
SISTIT

AVCTOR DEFENSVRVS
GEORG. FRIDER. GERLING
IVENA-POMERANVS. S. S. THEOL. CVLT.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS IOAN. CHRIST. GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.